

varius capitur. *Ova* primum in se gignit numerosissima, vitellis gallinaceorum ovorum similia; animal reliquorum cartilagineorum more excludit. Venenum fundere ex

^cOppian.

^aHal. l. 2. v. 640.

Oppiano discimus; quos ille κέντρουσιν ἐπινύμους vocat, hoc κεντρίους vocari, vetus scholiastes adscripsit.

Vix aliquis ejus in cibis usus; nevea potius quam carnea substantia constat. In *Medicina* oleum ex hepate frixo collectum, ad duritiem humani hepatis emolliendam conferre, et articulorum dolores lenire ex Rondeletio habeo. Cinis urinas vehementer movet.

PUNCTVM VII.

De Simia marina, et Zygaena.

TAB. VII. 6.

^aAelian. H.

^{A. l. 12.}

^{c. 27.}

SIMIARVM MARINARVM duas habemus descriptiones. ^a Aeliano est bellua in mari rubro, cartilaginea, terrestri tum colore tum facie similis; in hoc differt, quod varie distinguatur, cervicemque et branchias ruffas habeat. Tegmen corporis testudinis involucrium est. Cum natat, volare videtur. ^b Gesnerus piscem sibi ex Dania allatum scribit, coloris corpore toto viridis, dorso magis fusci, ad latera pallidi. Os finum habebat; *pinnas* tanquam volans extendebat, et inter duas in dorso *pinnas* aculeum retro tendebat; branchiarum foramina quina apparebant, obliquo inter os et oculos descensu. Testudineum involucrium si accessisset, Aeliani simiam fecisset.

^bGesner. de Piscib.

TAB. VII.

8.9.

ZYGAENA piscis monstrosus, a capitis figura, qua τὸ ζυγὸν imitatur, quo transversum librile, ex quo lances dependent significatur, nomen obtinuit.

GAZA Libellam vertit. Massilienses piscem Judaeum a similitudine tegumenti capitis, quo olim Judaei in provincia utebantur, dicunt. Galenus, Aelianus, Oppianus ^c eosque secutus Suidas, cetis annumerant. Galeis, quia multa cum illis communia habet, haud male subnectitur. Corio tegitur. Ven-

^cOppian.

^aHal. l. 1. v. 6.

tre est albo, dorso cinereo, pro spinis cartilagineas obtinet. *Cervicem* et *gulam* habere scripsit Rondeletius. Os ipsi non rotundum, non rostratum, nec in latera compressum; sed in ea extensum, atque transversum habet. Pars frontis anterior, quae utroque oculo, magno, et deorsum potius quam sursum vel ad latera vergente, clauditur, in semicirculum fere extuberat, & sic in aciem acuitur, ut obvios pisces secare posse credatur. Os subtus, inferiore parte, per magnum, dentibus validis sinus planis, in latus ferrae modo vergentibus, triplici vel quadruplici ordine digestis armatum, latet. *Lingua* lata, humanae haud absimilis; *branchiae* utrinque quinae et detectae. *Pinnas* icon ostendit; in dorso nullam esse tradit Rondeletius. *Cauda* duabus inaequalibus pinnis constat, quarum superior vertebris fulcitur, ac multo longior est; inferior vertebris caret, et brevior extat. *Versatur* ^d in profundo. Pisces obvios, et homines natantes frontis suae acie subvertit, et Leoni quod ad vires, ab Oppiano ^e opponitur. Occursus ejus olim, navigantibus ^f infaustus habebatur.

^dAelian. H.

^{A. l. 10. c. 2.}

^{Oppian. l. 1.}

^{v. 367.}

^eOppian.

^{l. 5. v. 37.}

^fAelian. l. c.

Ab ista **ZYGAENA** plurimum ille differt, qui ventre candicante, ore miniacei coloris, caetera niger esse, scribitur.

PUNCTVM VIII.

De Mola Salviani, seu Orthragorisco Rondeletii.

TAB. IX. 1.2.

Monstroso pisci monstrosiorem subijcimus, sed et istum toto corpore cartilagineum. *Mola* quibusdam, seu quod informem molam referat, seu quod rotunditate corporis molae

molendinariae similis sit, ut Rondeletio placet, dicitur. Apud Massilienses, *Luna*, vel quod extrema corporis parte, quae pinnis subest, crescentis figuram referat, vel quod dem-